

Societas Iesv Amatrix, Cultrix, Imitatrix, Christi Crvcifixi

Sandaeus, Maximilianus

Antverpiae, 1647

147. Ad omnem corporis animique infestationem, malamque
constitutionem, Crucis Signum, ut averruncamentum adhibendum suadet,
Patiens Japonum in fide Magistri.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55449](#)

VII.

AMATOR CRVCIFIXI

*Ad omnem corporis animiq_z infestationem, in dispositionemq_z Crucis signum adhibendum, ut averrunca-
mentum, suadet.*

147.
PATRES
Iaponum
Catechistæ.

ANNO M. D. LIV. in Japonia non modica ad Christum Ethnicorum accessio est facta, Domino cooperante, & Evangelizantium sermonem perspicuis signis atque miraculis confirmante.

I. Septuagesimum jam diem exercebatur à Satana Japon, & erat infelici fauibus arctè pressis, esculentibus omnibus ac poculentis iter obstructum. Longam inediam, & ademptam vescendi facultatem, certus sequebatur interitus, cùm porrectam à Christianis aquam Crvcis S: GNO lustraram, unà cum pronunciatione Dominicæ precationis Ethnicus hausit, & malum continuò Dæmonem, qui ejus se fauibus insinuat, abegit. Tum demum patefactum est iter escis, & sumpto pabulo recreatus ægrotus.

II. Paralyticus, qui valetudinis causâ multa prodegerat, variisque ad eam recuperandam superstitionibus erat usus, aquâ CRVCE signatâ epotâ momento convaluit.

III. Eo-

III. Eodem morbo confictatus alius, eadem adhibita curatione levari protinus cæptus est.

IV. Alium, quem nefarius spiritus afflictabat, & jam elinguem, mutumque reddiderat, cum res suas omnes atque fortunas in placandam Idolorum iram temerè profudisset, SIGNO CRUCIS Catechista admoto, protinus ab infesto Dæmone liberavit, loquentem reddidit, & sibi undique restitutum sacris undis intinxit.

V. Illud admirabilius, quod quidam, cum magnis ex febribus laboraret, iussus à suo instructore Catechista, CRUCIS se aliquoties SIGNO expiare, sanus illicè discessit. Postea, cum preces idolo, prava consuetudine ductus, ne febrium rediret ardor, adhibuisset, denuo jactari febribus cæptus est. Qui, cum rem secum tacitus reputaret piaculum, sensit, & justo dolore suscepito, recurrit ad Patres salutis suæ auctores. Ab his eodem SIGNO CRUCIS se iterum expiare jussus, iterum convalescit. Quid illustrius ad commendandam CHRISTI fidem, veramque religionem, & in eâ virtutem incredibilem CRUCIS, cuius usū sacro tam admiranda patruntur.

Nicolaus Orlandinus Histor. Societ. tom. I. lib.
14. num. 148.